Interpres nec dissilies i mutator i artū
Unde pedem proferre pudor uetet
Nec sic incipies ut scriptor cicliens oli
Fortunam priami cantabo ⁊ nobile bellū
Quid dignū tanto feret hic promissor hiatu
Parturiēt montes nascetur ridiculus mus
Quanto rectius hic qui nil molitur inepte
Dic mihi musa uirū capte post tp̄a troye
Qui mores hominū moltos uidit ⁊ urbes
Non fumū ex fulgore ⁊ ex fumo dare lucem
Cogitat ut speciosa ad hic pericula promat
Antifatem sillaq; ⁊ cū ciclope cariboin
Nec reditū diomedis ab interitu meleagri
Nec gemino bellū troianū orditur ab ouo
Semper ad euentū festinat ⁊ i medias res
Non secus ac notas auditorē rapit ⁊ que
Desp̄at detracta nitescere posse reliquid
Atq; ita mentitur sic ueris falsa remiscet
Primo ne mediū medio ne discrepet imū
Tu quid ego et populus mecū discedet audi
Si plausoris eges aulea manentis ⁊ usq;
Sessuri donec cantor uos plaudite dicat
Etatis cuiusq; notandi sīt tibi mores
Mobilibus q; decor naturis dandus ⁊ annis
Reddere qui uoces iam sit puer ⁊ pede certo
Signat humū gestit paribus colludere ⁊ irā
Colligit ac ponit temere ⁊ mutatur i horas